

**7121** litteris ex tessellis opere lithostrato, Syracusis rep. a. 1576 in foro D. Margaritae [postea piazza di Montedoro], ubi arx Dionysii GAETANVS apud GVALT. Rep. in foro S. Margaritae 11. Febr. 1576: 'la divisa iscrizione nel 1622 fu data in dono [non ipsa, sed exemplum eius] da Don Giuseppe Gaetano all' Antiquario Vincenzo Mirabella' MIRABELLA apud Capodieciem.

GN · OCTAVIO · A · F · MI · NICONOR · BOLONAR  
VELIC · VENER · TARIC · PAVIMENTVM · SEDI  
LIA · FECIT · AEDEMQUE · REFICIENDO · COIR

Iosepho Gaetano acceptam refert Gualterus n. 105 (ab ed. 1 abest; inde Spon p. 40; Mur. 129, 10; Torremuzza II, 3) dans in deperditis. Eundem Gaetanum ex supra allatis intellegitur descriptam dedisse Vincentio Mirabellae, ex cuius historia Syracusana ms. sumpsisse appetet Capodieciem *antichi mon. di Siracusa* ed. 2 4, 94. Est in vol. I n. 1474.

4 NICONAR, 2. 3 SEDILTA Capod. — Sic fere crediderim restituendam esse: *Cn. Octavius* A. f. Mai(cia?) Nicanor Bononia (?) public(anus) Vener(ei) Herue(sinae) pavimentum sedilium fecit aedemque resciend(am) coir(avit). Titulum cum propter sermonem vetustiorem probabile sit scriptum esse ante coloniam ab Augusto deductam Syracusas, iam malui sic ut dedi constituere; corruptelae tamen eius generis sunt, ut de certa restitutione desperandum sit.

**7122** Syracusis . . . in fauibus portuum, ubi nunc castrum Merchet est, arx erat tyrannorum . . . ibi mea tempestate et pons lapideus, quo insula ipsa adiungebatur, et obrutum . . . inventum est aedificium et caput e marmore his litteris inscriptum ARETIUS. A. 1530 dum propugnacula urbis excitantur, reperta sunt antiquae arcis porta marmorea quae septentrionem respicit ac septem ex marmore statuae et caput hominis marmoreum cum hac Graeca [Graeca non referuntur] Latinaque inscriptione FAZELLVS. 'Huius arcis porta marmorea quae septentrionem respiciebat, ac septem ex marmore statuae vetustissimae, quarum altera Apollinis erat cum corio et capite Marsyae tibicinis sub brachio sinistro . . . caputque hominis marmoreum, quod Hieronis esse communis opinio iudicat, et marmor quadrangulare cum hac Latina inscriptione . . . [cum] ad propugnacula civitatis ibidem excitanda fundamenta foderent a. sal. 1520 sunt reperta. Hoc marmor et caput ipsum marmoreum ac Apollinis statua Panormum postea exportata in aedibus Alfonsi Roys baronis S. Stephani ab omnibus hodie cernuntur' MARTINES 1580. Marmori quadrangulari, quod fragmentum in Syracusanae urbis ruinis repertum communis opinio iudicat aedium Timoleontis aliquando portae pro superliminari impositum fuisse, haec insculpta est dedicatoria inscriptio AVCTOR ANT. AVGUSTINI (qui ipse ad marginem scripsit 'Belga iste vino sopitus haec somniavit') et PINELIANA. — Panormi iuxta portam Patitellorum in ara GVALTERVS n. 65 ed. 1; inventa Messanae IDEM n. 224 ed. 2, utroque loco errans.

EXTINCTORI TYRANNICAE  
foeDITATIS funDATori liber  
tatis . . . . .

Marius Aretius de situ Siciliae (1542) f. 10 (inde Gualterus n. 212=106, qui praeter Aretium citat in ed. 2 Franciscum Maurolycum; ex eo Torremuzza XVIII, 67=68); Fazellus dec. 1 l. 4 p. 85 ed. 1558; Martines 1580 p. 146; Ant. Augustinus f. 104 eodemque exemplo Pinelliana cod. Ambr. D 499 inf. f. 55; Gualterus n. 65=224 ex schedis Alph. Roisii apud Car. Ventimilliam (inde Torremuzza Pan. 28, Sic. IV, 38=39; ex Torremuzza Donat. 152, 3). Omnes videntur pendere ab auctore communi.

1 TYRANNIDIS Faz. — 2 . . . DITATIS D ARCA dio Gualt.; in exemplari ed. Panorm. servato Romae manu antiqua D ARCA dio subductum est et adscriptum 'DATori libertatis; non enim erat R, sed T'; FOEDITATIS 'et pauca alia quae vetustate corrosa non ita facile sese legi patiuntur; quae tamen Latina esse ex his quae aperta sunt ne pueris quidem alphabetariis debet esse dubium' Aug. Pinell.; om. Aretius Fazellus Martines.

**7123** area magna Syracusis rep. 12. Iun. 1872; est in museo.

| mulier aquam,<br>quae ex rupe<br>scaturrit,<br>in vas reci-<br>piens et homines<br>duo | mulier<br>lugens<br>stans<br>inter alias<br>duas    | mulier<br>lugens<br>sedens<br>inter alias<br>duas   | IC ADELFA C F<br>POSITA · CONPAR<br>BALERI COMITIS           | Magi tres<br>praecepe                                    |  |   |  |   |   |
|--|---|---|--|--|--|---|--|---|---|
| Christus im-<br>berbis Ada-<br>mo spicas<br>porrigens, E-<br>vae agnum                 | Christus<br>Petrum<br>adlo-<br>quens                | haemor-<br>rhousa<br>Christum<br>ado-<br>rans       | Moses<br>legem<br>accipit<br>porrectam<br>sibi ma-<br>nu dei | protome<br>mulieris<br>monili et<br>armillis<br>ornatae  | protome<br>viri co-<br>dicem<br>tenentis                 | saci-<br>ficium<br>Isaac<br>dei manu<br>prohi-<br>bitum | Christus<br>caecum<br>sanans           | Christus<br>panem<br>et pisces<br>multi-<br>plicans | Christus<br>Lazarum<br>resus-<br>citans |
| tres pueri<br>Hebrei<br>simulacrum<br>numinis<br>adorare<br>nolunt                     | Christus<br>aquam<br>in vi-<br>num<br>commu-<br>tat | Christus<br>aquam<br>in vi-<br>num<br>commu-<br>tat | tres Magi virginis et<br>puero dona ferunt                   | Adam et Eva<br>ad arborem<br>circa quam<br>anguis<br>est | Adam et Eva<br>ad arborem<br>circa quam<br>anguis<br>est | Christus<br>Hiero-<br>solyma<br>intrat                  | Christus<br>Hiero-<br>solyma<br>intrat | Christus<br>Hiero-<br>solyma<br>intrat              |   |

Descripti. Salinas *Rivista Sicula* vol. 8 (1872) p. 135; Rossi *Bull. Crist.* ser. 2 vol. 3 (1872) p. 81; Isidorus Carini in eph. *Bullettino della commiss. di antichità di Sicilia* n. 3 (1872) p. 72, ubi adiecta est imago photographica; Ferd. Lantieri *descrizione sacro-archeologica di un prezioso sarcofago cristiano scoperto nelle catacombe di S. Giovanni in Siracusa* (Syracusis 1872. 8.) adiecta item imagine photographica.

Il fondo della scena, Rossius ait, è tutto adorno d'alberi fioriti, non sculti ma dipinti in colori verde e rosso. Anche nel lembo del pallio di Cristo almeno una volta è dipinto in rosso il segno I. La cornice del sarcofago e della cartella sono dipinte in rosso e giallo; sopra l'iscrizione è dipinto in rosso A W e fra queste due lettere è un segno cancellato, che stimo essere il monogramma P.

**7124** in fornice candidi marmoris; Syracusis rep. extra moenia in vinea Barth. (Lucretiae ed. 2) Falconis, deinde apud Mirabellam GVALT.

NERATIVS · PALMATVS · V · c. cons  
ETIAM · FRONTEM · SCAENAE · O

Gualterus n. 205=93 (inde Mur. 437, 2; Torremuzza VII, 3); Caesar Gaetani comes della Torre in sylloge antiquarum inscriptionum Syracusanarum, quam servat bibliotheca publica Syracusana.

4 vgg.. Gualt.; significatur opinor aut corrector aut consularis. — 2 fin. hiatum significat Gualt. (ed. 1, non 2). — Gaetanus non habet nisi haec: NERATIVS (sic) | ETIAM.